

DE
PHILOSOPHIA
DISPUTATIO:

Quam,

Deo Opt. Max. auspice,

In incluta Ill.^{morum} Marchionum Brandebur-
gensium Academia FRANCOFVR-
TANA,

Candidis eruditorum iudiciis subijcit
PUBLICE

M. FRIDERICVS MOLLERVS:

Pro ingenij viribus respondente

PAVLO SCHERTZIO FRANCOF.

Ad d. IX. Octobris Anno 2150707105
MDCII.

IN PHILOSOPHORVM ACROATERIO
HORIS SOLITIS.

Typis Scuirinis.

Coll. diss. A
79, 39

25. ~~26. 27. 28.~~ 28.
21. a. LXXIX. 39.

Illustribus & Generosis
Dominis

DN. IOANNI-OTHONI
SCHENCK L. BARONI
à Landsberg etc.

DN. CHRISTOPHORO
&
DN. MAVRITIO GANS
FF. Liberis Baronibus in
Putlitz etc.

*Dominis suis benignissimis, & omni
animi submissione colendis,*

Hoc de Philosophia exercitium

Honoris & observantia ergo

D. D. D.

M. FRIDERICVS MOLLERVS.



THEMA PRIMVM.



Vanquam maiore cum tranquillitate coniunctum esse videtur, ut, evitatis Syrenum illecebris nocentissimis, Philosophorum doctrinas quali nomine indigitavit Iustinus Martyr (a), omnia ad regulam fidei revocemus (b): quod tum hæreticorum patriarchæ Tertulliano (c) visi sint Philosophi, tum popularis auræ mæcipia à D. Hieronymo (d) iudicari. Tamen cum adolescentulo illo, in Dionysii Grammatici ludo literario qui se continebat, cuiusq; vocem Socrates apud Platonem (e) repetit, affirmo, ὅποτε τοι τὸ φιλοσοφεῖν αἰχρὸν ἢ γησαίμεν εἶναι, ἔδ' αὖ ἀνθρώπων νομίζομεν ἑμαυτὸν εἶναι, ἔδ' ἄλλον τ' ἔγω Διγακίμενον. Vnde rectè dixit Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex, non videri sibi homines, qui literas & Philosophiam ignorarent (f).

A) in exhort. ad gent. B) idem Iustinus in epist. ad Zenam & Serenum C) de præscript. & advers. Heimg. D) in epist. ad Iul. E) in Amatorib. fol. 5. F) Æn. Sylv. lib. 3. comm. in Panorm.

II.

Ναμ ἡ Σοφία πανταχῶς εὐτυχεῖν ποιεῖ τὸν ἀνθρώπον (g) & σοφοὶ αἰσιν εὐδαιμονέστατοι (h). Vnde eleganter Cicero (i): Philosophia, inquit, virtutis continet, & officij & bene vivendi disciplinam etc. Et alibi (k) dicit, Philosophiæ bono nullum optabilius, nullum præstantius, neq; datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur.

G) Plato in Euthydemo fol. 218. H) Arist. lib. 10. Eth Nic. c. 8. lib. 7. Polit. c. 15. & Scaliger Ex. 250. dist. 5. pag 774. I) in Otat. in Pisonem col. 558. edit. Goth. K) de Va.

III.

Præterea τὸ σπάνιον, τίμιον (l): raros autem esse, qui philosophantur, cum Platone (m) Ictus (n) pronunciat: adeò ut GL. addat, quod vix singulæ ætates singulos ferant.

L) Plato in Euthyd. fol. 228. M) lib. 6. de Rep. fol. 474. N) l. 6. duas 6. 9. de Philosophis ff. de excus. tur.

A 2

Insuper

IV.

Insuper ἐὰρ μὴ (cum Platone (o) lubet loqui) ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύουσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάστη φιλοσοφῆσαι γνησίως τε καὶ ἰκανῶς, ἔτῃ τοῖς ταυτὸν συμπερὶ δύναμιν τε πολιτικῆ καὶ φιλοσοφίας, ἥ δὲ νῦν πορρομῶν χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἰ πολλὰ φύσει ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἐστὶν κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν· δοκῶ ἦ, εἶδε τῶ ἀνθρώπινω γένει. εἶδε ἡ πολιτεία μήποτε πρότερον φύητε εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ. Hinc Hiero Syracusanus tyrannus, Simonidis institutione Philosophica usus, evasit in heroem doctissimum (p). Unde inter omnes principes Germanos ab expeditione Hierosolymitana redeuntes, Paulus I. Pontifex Romæ regis sumptibus Arnoldum Principem Egmontanum solum excepit Philosophicæ cognitionis nomine. Gulielmus frater his stimulis motus, cum primum domum redijt, filios omnes literis & Philosophiæ imbuendos Lutetiam misit; nec prius in patriam revocavit, quam Philosophiæ laureâ insignitos accepit (q).

O) lib. 5. de Repub. fol. 466. & fere iisdem verbis lib. 6. de Repb. fol. 476. P) Aelianus lib. 2. Var. hist. (q) Retshardus Hadam. in Instit. princ.

V.

Deniq; cum Protagora apud Platonem (r) ita concludo: Ἐμὰ εἰπέρω τῶ ἄλλῳ, ἀχρόν ἐστι καὶ ἐμοὶ σοφίαν καὶ ὀπισθήμην μὴ εἶχὶ πάντων κρείττων φάναι εἶναι τ' ἀνθρώπων πραγμάτων.

R) in Protagora fol. 210. VI.

Quamobrem cum hæc ita sese habeant: non abs re erit, si de PHILOSOPHIA quid in mediam attulerimus.

VII.

Philosophia, si notationem vocabuli spectare volumus, amorem studiumve sapientie denotat, ut libros Philosophorum (s) evolventibus erit planissimum. Hinc quondam eos, qui ad summam animi virtutem excreverant, & magnarum rerum intelligentiâ doctrinâq; præstare videbantur, Græci σοφοὺς dicebant (t). Pythagoras a hoc nomen, quid arrogantie sub illo latitare suspicatus, mutavit, & primus se Philosophum dici voluit, & Philosophiâ primus appellavit (u).

S) Platonis lib. 5. de Repb. fol. 466. Laertii in Proxmo de vit. Phil. fol. 8. Ciceronis 2. Offic. fol. 406, lib. 5. Tusc. qq. & lib. 1. de LL. fol. 434. T Colleg. Conimb. in Prox. Phys. ausc. V Laertius in proxm. fol. 8 & lib. 8. in vita Pythag. fol. 572, Plutarch, lib. 1. de placit. Phil. 63. Cic. lib. 1.

lib. 1.

lib. 1. & 5. Tusc. qq. August. lib. 8. de C. D. c. 2. Thomas in 1. Me-
 taph. lect. 3. Petrus de Philosoph. lib. 1. c. 1. Colleg. Conimb. in Proem.
 phys. auf. Tholozanus de Repb. lib. 17. c. 6. pag. 174. Patricius de In-
 flu. Reipb. lib. 2. tit. VII. fol. 91. & Fonseca in Proem. in lib. 1. Meta-
 ph. c. 4.

VIII.

Atq; id non immeritò. τὸ γὰρ σοφὸν καλεῖν (sunt verba Socratis apud
 Platonem (x)) ἔμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ, ἃ δὲ μόνω πρέπῃ. τὸ δ' εἰ
 φιλόσοφον, ἢ τι τοῖσ' ἄλλοις, μᾶλλον τε ἂν αὐτῶν ἢ ἄσμοτοι ἢ ἐμμελε-
 σέως ἔχοι.

X. in Phaedro fol. 358.

IX.

Vocabuli Philosophiæ apud autores quadruplex potissimum reperitur usus.
 Primo enim accuratam quam vis cognitionem denotat. Secunda acceptio minus
 propria est, quando etiam disciplinas Logicas sub se comprehendit. Tertia pro-
 pria est, de qua & nos deinceps loquemur, prout Philosophiam speculativam &
 agentem innuit. Quarta acceptio aliquanto strictior est, prout κατ' ἐξοχὴν
 designat Metaphysicam.

X.

Omissis a. definitionibus Philosophiæ, quas Ammonius (y) Hospinianus (z.
 Fonseca, (A) Crellius (B) Colleg. Conimb. (C) etc. afferunt, illam recipere lu-
 bet, & quidem contextam ex quatuor causis, quam his verbis Piccolomineus (D)
 profert: Philosophia est habitus Animi, Mundum quavis ratione scienter con-
 templans, hominumq; componens actiones, interna Mentis excitatione, inge-
 nijsq; fecunditate formatus, in cuius usu sumum presentis vitæ bonum est collocatum.

Y in Proem. Hagog. Porphyrit Z lib. 1. controvers. Dial. q. 1. A in Proemio
 Metaph. c. 4. B in Præfat. in Physicauskult. C d. 1. D in introduct. ad Sc. de
 Nat. c. 30 & in elegantijs. libro quem scripsit de Rer. definitionibus fol. 64.

XI.

Definitione seu potius descriptione (substantijs enim proprie definitiones
 competunt (E)) traditâ: spectanda est distributio, quam omnes non uno modo
 tradunt.

E. Averroes com. 12. lib. 7. Metaph.

XII.

Aliqui, è quorum numero est Reinerus Langius (F), Philosophiæ partem
 aliam dicunt generalem, aliam specialem: sub generali artes comprehendit Lo-
 gicas aientes, sub speciali verò alias scientias.

F. in præfat. in Idem Philosoph. Bæm. Copi. XIII.

Stoici, Chrysippus, Eudemus etc. (G) Philosophiæ partem aliam appellant
 λογικὴν, aliam φυσικὴν, aliam ἠθικὴν.

G. Laetius in Vita Zenonis. XIV.

Nobiles Peripatetici omnium rectissime Philosophiam distribuunt, aliam
 θεωρητικὴν, aliam πρακτικὴν nominantes. Cujus distributionis rationem desu-
 munt ex ultimi finis hominis gradu gemino, ex duplici rerum in quibus Philoso-
 phia

phia versatur, genere, ex bipartita animi nostri functione studio Philosophico reformandâ, & deniq; ex divini Platonis (h) autoritate.

H in Politico fol. 170.

XVII.

Quoniã vero & μόνον δὲ τὸ ἀληθὲς εἶπεν ἀλλὰ καὶ τὸ ἄπιον & ψεύδης (I); partitionem Philosophiæ & Rameam & Stoicam perpendemus, in hac partiendi ratione vitium commissum monstraturi brevissime.

I Arist. lib. 7. Eth. Nic. c. 14.

XVIII.

Prima opinio ideo est rejicienda, quod artes Philosophiæ partes statuat, quod ad rationis stateram si revocamus, vero non est consonum Vnde recte dixit Plato (k): πολλὰ δὲ τὸ φιλοσοφεῖν φιλομάθιατε εἶναι, καὶ ἢ πρὸς τὰς τέχνας πραγματεία.

K in Amatoribus fol. 7.

XIX.

Nec Stoicorum partitionem recipimus, quod & Logicen Philosophiæ partem statuat, & nullam Mathematicæ mentionem faciat: nisi vocabulo φυσικῆς universam Philosophiam speculativam intellexeris.

XX.

Philosophiæ speculativæ, quæ pro fine agnoscit γνῶσις ἢ ἀλήθεια, cum Aristotele (L) tres constituimus species, Metaphysicam, Physicam, & Mathematicam.

L Lib. 5. Metaph. c. 1. T. 2. lib. 10. Metaph. c. 3. & lib. 11. Metaph. c. 8.

XXI.

Inter has partes, si spectaverimus ordinem doctrinæ, prima est Mathematica, huic succedit Physica, ultima est Metaphysica, (licet, Metaphysicam ordine doctrinæ esse primam, Antonius Mirandulanus pronunciet (M)).

M) Lib. 20. de evers. ling. cert. sect. 2.

XXII.

Ordinem a. dignitatis attendentes, Metaphysicam esse primam, Physicam secundam, Mathematicam ultimam, ultro largimur.

XXIII.

Quamobrem cum tres Philosophiæ speculativæ species a nobis sint positæ, & ex Aristotelis doctrina probatæ, quid Averrois opinioni sit tribuendum, liquido constat, aserentis (N), quod si darentur Idææ Platonis, daretur quartum genus Philosophiæ inspectricis.

N Com. 47. lib. 1. Metaphys.

Deinde

XXIV.

Deinde nec minorem quam Averroes promeruit reprehensionem Ant. Mirandulanus (O), affirmans, unam esse scientiam, quæ totam Entis regionem per-
vagetur, omnesq; ejus partes speciatim & distincte consideret: à Philosophis ta-
men in tria illa & vulgata membra dispersitã fuisse propter discenium com-
moditatem.

O Lib. 13, de Evers. sing. cert. sect. 6. & 7. & initio lib. 14.

XXV.

μαθηματικῆς, quæ à facilitate discendi ita dicitur (P), duplex est ob-
jectum αἰσθητῶν & νοητῶν. Circa νοητῶν objectum versatur Arithmetica &
Geometria, quæ vel circa ἐπιπέδου ὁδωγίαι vel στερωμετρίας versatur.

P Pererius lib. 1. c. 17. & lib. 3. c. 4.

XXVI.

Αἰσθητῶν objectum sibi propositum habent μηχανικῆ, ἀστρονομία,
ὀπτικῆ, γεωδασία, λογιστικῆ.

XXVII.

Quamvis autem has Ramus à Mathematica excludat, & Physicæ par-
tibus annumeret, nobis tamen Mathematicæ dicuntur, cum Mathematica rati-
one explicentur, ut ut subiecti alteram partem, rem consideratam nimirum, ha-
beant physicam.

XXVIII.

Sed de Philosophiâ theoreticâ adhuc: deinceps de practicâ: cujus partes
ex sententia Averrois (Q) Zvingeri (R) & Piccolominei (S) constituo duas;
aliam generalem & communem, quæ in in tractatione elementorum Philoso-
phiæ practicæ est occupata: aliam specialem, quæ vel Reipub. uel familiæ insti-
tutiones præscribit: Illa Ethica, hæc Politica & Oeconomica dicitur.

Q in Paraph. lib. de Repl. Plat. R in Proleg. 2. tabb. Eth. S in introduct.
ad civil. ph. c. 7.

XXIX.

Deniq; cum Philosophia inspectrix & agens tum doctrinæ tum dignitatis
ordine invicem comparari possunt: hac de re ut quid in medium adferatur, ne-
cessum est.

XXX.

Themistius (T) Eustratius (V) & alij, practicam Philosophiam prius spe-
culativâ esse addiscendam, sunt arbitrati.

T in iuit. Phys. Arist. V comm. in 1. Eth.

XXXI.

Chrysippus, Eudemus etc. (X) ab his diversum quid protulerunt, Philosophiâ
speculativâ ante disciplinas practicas prius esse dandum operam, defendentes.

X - Lælius in vita Zenonis.

in hac

XXXII.

In hac sententia & nos acquiescimus, exquisitam cognitionem si respexerimus; licet, crassam & confusam cognitionem respicientes, alijs suum relinquamus liberum hac in re arbitrium.

XXXIII.

Quod si autem ad ordinem dignitatis advertere velimus animum, Philosophiam speculativam practicam esse priorem, defendemus. ΤΕΛΕΙΟΤΕΡΟΝ γὰρ λέγεται τὸ κατ' αὐτὸ διωκτὸ τῶν δι' ἕτερον (Υ): Scientia a. speculativa propter seipsas, practica propter opus sunt (Z).

Υ Arist. 1. Eth. 7. & 6. Top. 12. Z Thomas in 1. de An. 1. 1. c. 1.

XXXIV.

Insuper Plato (A) vitam contemplativam appellat divinissimam.

A in Philebo fol. 81.

XXXV.

Et tantum de Philosophia: quae nam autem optima sit ratio philosophandi alio tempore explicabimus.



Coll. diss. A. 79. misc. 39